

## **Cartulaire de l'Abbaye de Redon en Bretagne: [832–1124], Nr. 104**

Haec carta indicat atque conservat quod vadiaverunt Maencar et Modrot salinam quae vocatur Beril pro .XV. solidos, ad monachos rotonenses, quoadusque potuerint eam redimere, et alligaverunt fideiussores in securitate supradicte saline, his norninibus: Uuoretan, Minuueten, Iudcum, Uuenermonoc, Uurgual. Factum est hoc ante aecclesiam Uuenran, die dominico, regente Salomone Brittanniam, Courantgeno episcopo in Venedia, Actardo episcopo in Namnetica, bis presentibus: Hinconnan, presbyter et monachus, missus et monachorum; Uuinibalt, presbyter; Duil, filius Rivelen, testis, et alius Duil.